



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Lingonensi Episcopo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

646 Epistolarum Innocentij III.

licet Theobaldus, nunquam fuisse appellatum interpositam prosecutus. Intellexit igitur his & aliis Capellanus premissus quæ à partibus proposita fuerant coram eo, & nobis fideliter recitatis, de mandato nostro sacerdoti Episcopi Anconitanus sententiam confirmavit, decernens omnes illos auctoritate apostolica compescendos qui hujusmodi sententiae contradicentes inventi fuerint vel rebellès, Theobaldo prefato prorsus amore à monasterio memoria. Volentes igitur quod per Capellanum prædictum auctoritate nostra diffinitum est in hac parte robur obtinere debitæ firmatatis, sententiam ipsam auctoritate apostolica confirmamus & prælensis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. confirmationis &c. usque incursum. Datum Laterani v. Idus Iunij, pontificatus nostri anno quintodecimo.

In eundem ferè modum scriptum est super hoc Abbati Farfensi usque robur obtinere debitæ firmatatis, sententiam ipsam auctoritate duxerimus a apostolica confirmandam, discretioni tuae per apostolica scripta mandamus quatinus eandem facias per censuram ecclesiasticam appellatione postposita firmiter observari; contradicentes, si qui fuerint, vel rebellès censura simili sublatu appellationis obstaculo compescendo.

ZINGONENSI EPISCOPO.

Postulasti per sedem apostolicam edoceri qualiter contra Iudæum procedere debeas qui manus injecit in quendam Presbyterum violentas. Ad quod fraternitati tuae breviter respondemus quod si dicitus Iudæus tuae jurisdictionis existit, ipsum poena pecuniaria punias vel alia, secundum quod convenit, temporalia, faciens percutio satisfactionem congruam exhiberi. Alioquin dominum ejus moneas & inducas ut passo injuriam & Ecclesiæ ab eo satisfaciatur competenter. Quod si dominus ejus id neglexerit adimplere, tu Christianis per censuram ecclesiasticam interdiccas ne cum ipso Iudæo, antequam satisfaciatur, præsumant commercia exercere. Consequenter quæsisti quid [facere] debas de quodam captivo, qui se falso Episcopum asserens, altaria consecravit, & alia plura exercuit quæ ad officium pertinent præsulatus. Ad quod tibi taliter respondemus, ut illa quæ taliter egit irrita nunties, & ipsum perpetuo carcere facias mancipari, pane doloris & aqua angustiae sustentandum. Tertiò quæsivisti utrum illi qui in annis minoribus constituti novitio-

Epist. 118.
Respondetur
ad ejus con-
sulta.
Cap. Postula-
ti. De Iudeis.

Vide lib. 16.
epist. 10.
Cap. Postula-
ti. De regulari-

rum habitum suscepimus, & infra annum postmodum facta professione ad seculum <sup>In pueris
aoribus
etiam in
Catechisis</sup> sunt reverbi, & ab Episcopis suis hoc scien- tibus ad sacros ordines sunt promoti, sive tineri debeant in illis Ecclesiæ ministrare in quibus fuerint ab eisdem Episcopis insitu. Nos ergo fraternitati tuae breviter res pondemus quod propter hoc non sunt ab ipsis Ecclesiæ amovendi, sed in eis possunt liberè ministrare; nisi forte prudentia sup- pleverit in illis ^{etiam in} etatem, ut saltē transfire debeant ad regulam laxiorem, cum ipsi absque protestatione religionis habitum as sumendo vitam præsumantur proposuisse mutare. Datum Laterani v i. Idus Iunij, pontificatus nostri anno quintodecimo.

*D E C A N O , E T M A G I S T R O
Henrico Canonico Trecensibus, & The-
saurario Villæ Matrii Trecensis dioceſi.*

Constitutus in præsentia nostra dile- ^{Ep. 118.}
ctus filius I. Presbyter Ecclesie san- <sup>Autorum in
scriptis
narratis
etiam in
monachis
dilecta
eiusdem
auct. 1.</sup>
cti Christophori de Sessiaco lachrymabilis <sup>etiam in
monachis
dilecta
eiusdem
auct. 1.</sup>
nobis conqueſtione monstravit quod qua- <sup>etiam in
scriptis
narratis
etiam in
monachis
dilecta
eiusdem
auct. 1.</sup>
contra Priorum ejusdem loci Antisido. <sup>etiam in
scriptis
narratis
etiam in
monachis
dilecta
eiusdem
auct. 1.</sup>
rensis dioceſis, qui r̄tum percipiebat de proventibus Ecclesiæ memorata quod de residuo nullatenus poterat sustentari, noſtris ad venerabilem fratrem nostrum Aurelianensem Episcopum & conjudices suos litteras impetravit, idem Prior sic ei fecit in ipfa villa commercia denegari ut à domo quam conduxerat, cùm propriam non haberet, fuerit exire compulſus ac in ipfa Ecclesiæ diutius habitare, cunctis ei humanitatis officia ob metum Prioris & monachorum timentibus exhibere. Denique cum in solemnitate omnium sanctorum pro necessitatibus suis à præfata Ecclesia paululum discessisset, à D. & aliis familiis memorati Prioris ita fuit lapidibus impetus quod mortis, ut credit, non evanisset periculum nisi in eandem Ecclesiæ se habito receperisset. Porro cùm præfati Episcopus & conjudices sui mandatum nostrum volentes exequi statuissent ut de proventibus ipsius Ecclesiæ estimationem decem librarum Parisiensis monetæ omnibus computatis periceret annuatim, & in terram Prioris ac homines, quia factio se opponebant ipsorum, promulgasset sententiam interdicti, I. monachus, S. Cellerarius, Cle. & quidam alij servientes Prioris, cum in ipso dominicae nativitatis die durissime verberatum, demum adeo graviter in capite vulnerarunt ut præter dolores alios & laſuras, irremediabilem auditus incurrent lesionem: qui ad eundem Priorum semi-